

THESAURI  
PRINCIPVM  
HAC ÆTATE IN  
EVROPA VIVENTIVM  
PARALIPOMENA.

QVIBVS  
BAVARICA, TVRCICA, ANGLICA,  
Belgica, & Bohemica Imperatorum, Regum, Du-  
cum, Marchionum, Comitum, aliorumque  
Europæ procerum atque  
heroum

STEMMATA CONTINENTVR.

PER  
MICHAELEM EYTZINGER  
AVSTRIACVM

*ex Bibliotheca*



COLONIAE AGRIPPINÆ,  
Apud Godefridum Kempensem.  
Anno cl. Is. XCII.

Coll. Soc. I. n. s. v. Salm. ex dono Regum

PHILIPPI II.  
REGIS HISPANIAE

RVM CONSILIARIIS OR-  
DINARIIS, DVOBVS FRATRIBVS,  
GODEFRIDO à Mœsenbroucq, in Consilio  
Prouinciali Hollandiæ & Zelandiæ: necnon  
HERMANNO à Mœsenbroucq, in Consilio  
Ordinario Prouinciali Frisiæ, Iu-  
ris vtriusque Doctoribus ex-  
cellentissimis,

MICHAEL EYZINGER  
Austriacus S. D. P.



**C**ONSCRIPSI ante  
paucos menses, Viri præ-  
stantissimi, THESAUR-  
RVM PRINCIPVM  
hac ætate in Europa vi-  
uētium, atq. id quidem  
eas ob consiliū mei ratio-  
nes, quas tum temporis adduxeram, quasq.  
non parum momenti apud lectores habitu-  
ras esse mihi planè initio persuaseram; ex-  
pertusq. postea comperi, quanto cum animo  
conatum meum approbauerint.

Hunc Thesaurum Nobili ac præstanti  
viro



PRIMÆ PARTIS  
THESAURI PRINCIPVM

Anno  
Christi

*hac ætate in Europa viuentium,  
Paralipomena.*

DE GENEALOGIA DVCVM BAVA-  
RIÆ ante institutum Imperium,  
Generaciones XIII.

**R**EFERT Polybius libro 2.  
eius historie, Regem Anero-  
estum, vel (vt gētilitio Teuto-  
nicorum more pronūciamus)  
Arnestum siue Ernestum præ-  
fecturæ Boiorum (sic enim Bauari tum ap-  
pellabantur) instituisse, Italiaeque fines adeò  
exercuisse, vt Romani aduersus eosdem mit-  
tere cogerētur L. Aemilium & C. Attilium,  
qui Ernestum regem Bauariæ & suos ab Ita-  
liæ finibus arcerent, inque Boiariam suam  
redire compellerent. A quo quidem Er-  
nesto Rege Genealogiam Bauaricam, inde  
à temporibus Iulij Cæsaris, vsq; ad ætatem  
nostram, & Ernestum Imperij Principē E-  
lectorem, Bauariæ Ducem, etiamnum adhuc  
viuentem, deducere quidem proposueram:  
verum prætermisissis, quem dixi Arnesto, &  
qui hunc postea sequuntur, Voccione, Cre-  
tosyro, Pynuete, Beaumundo, Ingranico,  
Maricco, Theodoneillo, qui imperante M.

A

Antonio